

nullus iudex publicus iudiciariam exercens potestatem neque clerus neque laicus neque episcopus neque alius ex monachorum coetu aut ullus ex fidelibus nostris tam praesentibus quam futuris in ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones, quas moderno tempore intra apostolatum nostrum, neque in quibuslibet pagis et territoriis, quae iuste et legaliter possidet, vel ea, quae deinceps in ius ipsius sancti loci aut per nos aut per alios, per quos divina pietas voluerit augeri, nostris et futuris temporibus ingredi audeat neque ea, quae supra memorata sunt, nullatenus avertere praesumat. Et quando divina vocatione supradictus abbas vel eius successores de hac luce migraverint, quandiu ipsi monachi inter se tales invenire poterint, qui ipsam congregationem secundum regulam S. Benedicti regere valeant, per hanc nostram auctoritatem ac concessam benedictionem habeant eligendi abbates licentiam quatenus ipsi ibidem, qui Deo famulari videntur, pro nobis et successoribus nostris Domini clementiam exorare delectentur, et si quis contra haec attemptandum¹ venerit, anathema sit.

Ego autem Sergius ipsique episcopi et sacerdotes Domini ac coeteri ministri Dei huius decreti concordēs effecti sunt, ut hi, qui ad hunc locum donaria oblaturi convenerint, peccaminum suorum, de quibus poenitudinem gesserunt, veniam, orantibus Dominum sacerdotibus, obtineant et insuper, si ecclesiae adytum² intrandi licentiam devote petierint, procul dubio non absoluti³ solum auctoritate apostolica, verum per omnium episcoporum atque orthodoxorum impetrare poterunt.

Confirmatum quoque est hoc privilegium non solum manu apostolica, sed per huius sanctae synodi auctoritatem centum numero, quorum nomina haec sunt:

Ignatius Antiocensis episcopus

Alexandrinus Autissiodorensis episcopus.

Anastasius Zeferinensis episcopus.

Vitalis ex Africa provincia episcopus.

Nectarius episcopus.

Mansuetus episcopus.

Zacharias ex Francia civitate episcopus.

Maximus Menansis episcopus.

Severinus Verdelensis episcopus.

Dyonisius Tauriniensis episcopus.

Ianuarius Parisiensis episcopus.

Medardus Cartaginiensis episcopus.

Hieronimus Mediolanensis episcopus.

Iranus episcopus.

Et ego Nectarius Pictavensis episcopus hoc privilegium

1) Am Rande der Hs. ist hinzugefügt: 'al. ad renovandum. 2) adytam Hs. 3) Am Rande der Hs.: 'al. absolvi aut absolutionem'.